

# LIBRETTO

---

## 1. Tutti

Magnificat anima mea Dominum, et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

## 2. Aria

Quia respexit humilitatem ancillae suae. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

## 3. Aria

Quia fecit mihi magna, qui potens est, et sanctum nomen eius.

## 4. Coro

Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.

## 5. Aria

Fecit potentiam in brachio suo; dispersit superbos mente cordis sui.

## 6. Duetto

Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles. Esurientes implevit bonis et divites dimisit inanes.

## 7. Aria

Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et semini eius in saecula.

## 8. Tutti

Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.

## 9. Tutti

Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.